



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

IV. In quo paupertas spiritus consistat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

CAPVT IV.

In quo paupertas spiritus consistat.

Satis Redemptor noster Iesus declarat, in quo paupertatis illius, quam nos Religiosi profitemur, perfectio consistat: nimirum in illis verbis, *Beati pauperes spiritu*. Spiritus ergo, voluntatis & affectus paupertatem esse debere dicitur. Non satis est, diuitias & facultates mundi exteriori modo relinquere: sed debent & corde animoque relinquere. Illa scilicet est paupertas spiritus: nimirum quae non corpus solum, sed & spiritum & cor ab omnibus impedimentis liberat, & ab omni erga res terrenas affectu ac pedicis expedit. *Epist. ad Paulin.*

Matth. 5. 3.

Diuitia etiam affectu relinquenda sunt.

Matth. 19. 22.

Epist. ad Iulian. Diacon. Epist. ad Paulin. Et lib. 2. contra Iovinianum. Crates magnam aurum in mare impetu abiiecit, dicendo: Abiite cum in mare pessum mala cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis, Phocion Philosopho-

plus, quem paupertatis amantissimum fuisse scribunt, cum centum milla talenta (id est, ad computum nostratam, sexaginta aureorum millia) mitteret Alexander Magnus, petiisse ab eadem afferentibus fertur. Cur isthanc mihi pecuniam Alexander mittit? Respondentibus illis: Ob solam virtutem tuam, & quia te inter omnes Atheniensis virum optimum & integerrimum reputat, ait Phocion: *Sinat igitur me esse talem*. Atque hoc dicens, aurum accipere noluit. Tam celebre porro inter omnes Graeciae Philosophos hocce Phocionis factum & dictum fuit, ut ad multos dies aliud inter ipsos non querebatur, quam, utrosuisset maiorem, ait Alexander tantum auri offerens, iam vero Phocion ipsum repudians, hocque eius responsum: Si me ut virum bonum & virtutis studiosum haberet, equum esse me sinagone, diuitias mihi mitteret, quae quominus sum impedimento sine. Et horum plura adhaere possemus exempla. *Epist. ad Hieronymum.* Hieronymus docent, nec aurum nec argentum ellum homini nocuum, eorum adferens, & hoc multorum Patriarcharum, & sanctorum veteris testamenti, exemplis probant, veritate qui multas possederunt facultates, ut suere Abraham, Isaac, Iacob, & Ioseph Patriarchae, qui in regno prius a Pharaone fuis, & dominatus in tota terra Aegypti. Nec non Daniel, & ceteri eius socij, qui in Babylone magna cum potestate & imperio dominabantur, sicut & Mandochaeus & Esthase in vniverso regno. Affuerit denique David, Job, & alij perimulti, qui inter amplas opes, & mundi splendores, primariam paupertatis huius spiritus partem habebant, eo quod animum & cor eis non adiungerent, nec affigerent, sed exacte illud Prophetae seruabant. *Psal. 61. 11.* *Utra si affluant, nolite cor appondere.* Ut ergo ad propositum materiae punctum veniamus, duo potissimum ad hanc paupertatem spiritus, quam nos Religiosi profitemur, requiruntur, Primum, ut re ipsa & effectu omnia, quae mundi sunt diuitiamus & renuntiemus, sicuti per votum paupertatis id facimus. Secundum, ut haec ipsa

Phocion
ethicorum
homotopy
diat sca
ginta ex
reorum
millia
Epist. ad
Paulin
Matth. 19.
Dan. 2. 49.
Epist. ad
Iulian.
Epist. ad
Paulin.
Dan. 2. 49.
Epist. ad
Paulin.
Epist. ad
Paulin.
Epist. ad
Paulin.
Epist. ad
Paulin.
Epist. ad
Paulin.

ipsa toto etiam affectu & corde relinqua-
mus. Et secundum hoc precipue & maxi-
me requiritur, ut animus iam libere & ex-
pedite. Deo se & perfectioni totum ap-
plice. Hinc etiam docet S. Thomas primum
illud (scilicet re ipsa omnibus renunciare)
ad hoc secundum ordinari, ut ita facilius
omnem erga eadem affectum exuamus;
quia id efficax quoddam medium est, ad se-
quentem hunc effectum assequendum: &
ad hoc ipse adfert illud S. Augustini. *Terre-
na deliquimus in animis adepti, quam concu-
piscimus: atque inde longe difficilior est tunc
affectum erga illa exuere, quam dum non
possidentur.* Multo enim facilius est nolle
quod de facto non habetur, quam desistere
& abdicare quod iam habetur: quia quod
non habetur, non curatur, & parvi sit velut
extraneum quid sit, quod quis iam reuera
habet, id in vitium & incorporatum vide-
tur. hinc dum id relinquit, sperinde dicit,
inquit D. Thomas, & dolorem sentit, ac si
membrum aliquod sibi praefecerat. *Quo-
modo enim si membrum sibi praefecerat, non
dicitur dolere, quia non habet, sed quia
habuit, & non habet.*

S. Hieronymus, Augustinus, & Grego-
rius occasione illorum D. Petri ad Chri-
stum verborum; *Eccene nos reliquimus omnia:*
egregie id ostendunt. Dicit quippe Grego-
rius, *Grandis fiducia: Petrus (ut dicitur in Apo-
stoli) piscator erat, dives non fuerat, et
bos in manu eius ardebat, nihil habebat
praeter mercedem miseriam & consuetudinem
cymbam rimolam, & retia quaedam semitrica:
Et tamen loquitur confidens, Eccene nos re-
liquimus omnia.* Sed bene respondet D.
Gregorius; *Merito loquitur, etiam loquuntur,
quia in hoc re, frater de carissima, iustitiam
debemus potius pensare, quam venenum, qui
relinquitur: multum relinquit, qui quan-
tumlibet parum, totum deseruit. Petrus nos
et habet cum amore possidemus, et ea quae
minime habemus, et desideria quaerimus.
Multum ergo Petrus, et Andreas (et reli-
qui) dimisit, quando viderunt desiderium
habendi reliquit. Multum sane is re-
linquit, qui deserit omnia quae habet, nec
non suam habendi desiderium ac volun-
tatem. Idem quoque dicit S. Augustinus:
*Piscatores, vocante Domino quod nauicula
et retia dimiserunt, omnia se dimisisse, et**

*Dominum secutos esse commemorando la-
tati sunt. Et reuera omnia contemnit, qui
non solum quantum potuit, sed etiam
quantum voluit habere, contemnit.*

Hoc magnae consolationis futurum est
nobis, qui quia pauca possidebamus, etiam
pauca dimisimus. S. Augustinus de semet-
ipso loquens, quod videlicet cuncta quae
habebat vendidisset, & deseruisset, ait:
*Nec enim quia dives non fui, ideo minus
mihi imputabitur: nam nec Apostoli, qui
priores hoc fecerunt, dimiserunt. Sed
totum mundum dimisit, qui et illud quod
habet, et quod optat habere, dimisit.*

Tantum quis propter Deum relinquit,
quantum propter illum optare & velle
relinquit: atque idcirco totum mundum
& omnia pro se dimisit, si affectum &
desiderium dimisit non modo eius quod
iam habebat, vel habere poterat, verum et-
iam omnium quae & velle & desiderare
poterat. Quocirca etiam cum Apostolis
gaudere & dicere se factus est, *Eccene nos re-
liquimus omnia.* Vnde qui multum in hoc
mundo possidebat, non propterea plus se
faciat, neque idcirco multum se destruisse
arbitratur: nisi enim simul desiderium er-
ga omnia quae velle & desiderare poterat,
extat, parum sane dimittit. Nec ille am-
plius longe dimisit, qui simul omne er-
ga cuncta mundi bona desiderium di-
misit.

In hoc ergo primaria & potissima pau-
peratis huius spiritus pars consistit: in
haec inquam affectus a rebus omnibus di-
uulsione, alienatione, & despectu, ut ni-
mirum omnia mundana & creata pedi-
bus proteramus, & ceu stercora arbi-
tramur, uti dicebat Apostolus, *Omnia
arbitror ut stercora, ut CHRISTVM
lucrifaciam.* Cuncta nobis sunt, ut Chri-
stum lucremur, proculcanda, spernenda, &
parui ducenda. Hi quippe sunt pauperes spi-
ritu, quos ipse beatos vocat. Nec sine ra-
tione: non solum, quia ipsorum iam est re-
gnum caelorum, uti supra diximus, verum
etiam, quod iam tum magna quaedam satie-
tate gaudere incipiant; quae quaedam est in
terris beatitudo & felicitas. Neque n. vera

Epist. 83 ad
Hilarium.

Totum mun-
dum & om-
nia relin-
quit, qui
quicunque
animum po-
test velle,
& optare,
relinquit.
Matth. 19.
27.

In pauper-
tate spiri-
tus caput
est exue-
rerum om-
nium affe-
ctum & cu-
piditatem.
Pauper spi-
ritu omnia
arbitratur,
ut stercora.
Phil. 2. 8.



Lib. 3. & consol.

Lib. 3. de Trin.

Pauper spiritu beatissimus est, qui nihil ei deest.

Eccles. 5. 9.

Auarus miser est, quia semper ipsi multa desunt.

Iuuenal. Sat. 14.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, & quantum eumque possidet, semper tamen inhiat in his quae sibi desunt, & semper plura habere desiderat, quia non curat ea quae iam de facto habet, sed quae habere possit: ac magis eum cruciat & angit id quo caret, quam recreat & delectat id quod habet hinc perpetuo in angore & cruciatus degit, dum semper plura habere sitit, desiderat, & procurat.

Plutarch. lib. de tranquillitate animi c. 69.

Val. Max. Alexandr. Monarchiam plurimum mundorum cruciabat.

Crates paupertate contentus, suam felicem laetantem, semper a se agebat.

hominis beatitas & felicitas, iuxta Boetium in coepta, ut multa possideat, sed ut desideria sua plene adimpleta videat. Er S. Augustinus ait, **Beatus est qui habet quiddam vult, & nihil male vult.** Hanc porro beatitudinem magis habent qui pauperes spiritu sunt, quam potentes & opulenti mundi huius: quia pauperes spiritu habent quiddam desiderant, cum nihil desiderant praeter id quod habent: hoc contenti & satuti sunt, nec amplius quid cupiunt; quin imo omnia illis superesse & redundare videntur. ac divites huius saeculi nunquam pleni sunt, nunquam contenti: nam, iuxta Sapientem, **Auarus non impletur pecunia, & cupiditas nunquam dicitur, sufficit.** quia haec omnia appetitus eius satiendo & replendo adeo non sufficient, ut etiam eum excitent & adaugeant. Sicut hydropicus quo plus bibit, eo amplius sitit, ita & avarus semper habere plura concupiscit.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, & quantum eumque possidet, semper tamen inhiat in his quae sibi desunt, & semper plura habere desiderat, quia non curat ea quae iam de facto habet, sed quae habere possit: ac magis eum cruciat & angit id quo caret, quam recreat & delectat id quod habet hinc perpetuo in angore & cruciatus degit, dum semper plura habere sitit, desiderat, & procurat.

Alexander Magnus cum Anaxerontem, vel Anaxarchum Philosophum differrentem docentemque audiret, infinitos in mundo mundos esse, flere cepit. Causam sciscitantibus suis, respondit, An non immerito lacrymari posse videor, quod, cum tot super sint (verum ille docet) mundi, nondum vnum sub potentate meam redigere potui? Magis videlicet illum cruciabat desiderium eorum quibus carebat, quam oblectabat omne id quod iam subegerat. Et contra Crates Philosophus, vili tunicula, & paupere pallio ita contentus & quietus erat, ut semper festiuitate solennem agere videretur: abundantior scilicet ac magis contentus, & opulentior sua in paupertate, quam Alexander in totius orbis possessione. Vnde etiam id ipsum huic Alexandro Diogenes Cynicus scite venustique respondit, ut inter alios S. Basilius refert. Cum enim Rex summa cum paupertate confidentem hunc Philosophum cerneret, ait illi, Multis rebus opus habere videris: has a me petito, & accipies. Respondit Diogenes: Vtri, tibi, o Imperator, plus videtur deesse: an mihi, qui praeter tunicam, & manticam meam nihil quaro, an tibi, qui cum Rex sis Macedoniae, tanto vitam dicrimini exponis, ad regni tui limites dilatandos, & cuius cupiditati ne totus quidem terrarum orbis explendus sufficit? Equidem te ditior sum, & opulentior. Addit autem S. Basilius, bene eum apteque respondisse. Nam, dicit mihi, inquit, Vt tibi videtur impeditior, illi tunc cui suppetit, ac nimium est, an is cui deesse in confesso est, eum ditior esse, cui suppetit & redundat. Hic porro Philosophus omnia sibi censabat superesse, & nihil deesse omnium eorum quae desiderabat; quia plura non cupiebat quam habebat: Alexandro Magno vero multa deerant respectu eius quod optabat, & habere volebat. Opulentior ergo Diogenes erat Alexandro, & magis deerat huic quam Diogeni.

Adeo ut verum diuitiarum & gaudium, vitaeque huius felicitas non tam in multarum opum possessione, quam in solo desiderio eorum complemento, & voluntatis satisfactione consistat: & paupertas non tam in rerum defectu aut carentia, quam in nimia hominis erga easdem fame, desiderio, affectu, necnon in insatiabili illarum habendarum siti & cupidine. Vnde aiebat Plato, **Quae (sitis) si recesserit, quis bonus est, dives quoque fuerit.** Quod Chryostomus egregio quodam simili declarat. Si quis ait, tam tentata laboraret siti, ut post vnam situlam hauritam, hauriret mox aliam, & iterum aliam: & nihilominus tantum introitum aestum sentiret, ut saturari prorsus non posset, hunc, etsi magna illi aquarum copia ad manum esset, quam bibere posset, non propterea tamen beatum aut felicem duceremus: sed multo hoc illum felicioris, qui nec sitim, nec bibendi desiderium in se

Hom. 14.

Pauper Diogenes Alexandri.

Monarchiam se ditior esse efficit.

Paradoxi.

Pauperes.

Pauperes.

Carr. li. 1.

Frag. li. 5.

Pauper De.

Pauper De.

Lib. 1. de legib.

Cl. Alex. lib. 2. Strom.

Dives est.

insat. ty. dropus. 69. febriens. semper sitientis.

col. 1.

se sentiret: quia prior ille instar hydropici est, vel eius quem ardentissima & vehementissima quaedam febris adurit; alter vero, tanquam qui bene valet, & sanus est. Hæc ergo est inter diuiciarum & opum appetentiores, & veros pauperes spiritu, qui contenti sunt eo quod habent, nec aliquid ex hoc mundo sibi cupiunt, differentia; quod hi sani & bene valentes, illi ægroti: hi saturi & repleti, illi famelici & sitibundi: hi denique opulenti, illi mendicæ sint.

Hoc scilicet per Salomonem Spiritus insinuat: Est, inquit, quasi diues, cum nihil habeat: & est quasi pauper dum in malis diuitijs sit, utpote semper esuriens, & plura appetens, semperque sibi defuturum quid existimans. Hæc est nimirum miseria, infelicitas & penuria, quam bona & opes mundi huius secum trahunt, quod satiare & vllum possessoribus suis adferre gaudium nequeant: hæc ex aduersum felicitas ac beatitudo, quam Spiritus pauperis includit, quod beatos efficiat eos, qui iam habent; propterea quod hi iam tum hoc sæculo ingenti quadam satietate gaudere incipiunt.

Socrates cum diis esse simillimum dicere solebat, qui quam paucissimis egeret, cum dii nullus egeant rei. Atque hic ipse per forum transiens, tantamque rerum venalium multitudinem videns, dicere solitus fertur: *Quam multis rebus ego non egeo!* sed imperita multitudo, avari quoque & cupidi, cum tantam rerum abundantiam contuentur, gemunt ac dicunt, *Quam multa mihi desunt!*

CAPVT V.

De Religiosis, qui cum maioris momenti res dimiserint, in Religione erga minutias ac reculas efficiuntur.

EX supra dictis, ad nostram vtilitatem dicere possumus primum: nisi nos qui

mundum & opes & facultates eius dimittimus, simul etiam omnem erga eandem affectum exuamus, verè spiritu pauperes non esse. Hæc namque paupertas in eo consistit, ut non solum corpore & exterius cunctas mundi res missas faciamus, sed & voluntatem & affectum penitus ab iisdem auellamus. Atque hoc potissimum paupertatis spiritualis membrum est. Vade, si adhuc quidam erga illas affectus in te vult, nondum eas penitus & ex animo reliquisti: sed vna tecum ad Religionem adduxisti, cum in corde eas tuo adhuc infixas retineras: itaque non verè, sed fide & mendaciter es pauper: & consequenter nec verus, sed fictus & per speciem Religiosus: cum corpore solum in Religione sis, spiritu vero & animo verferis in mundo. Ergo falso Religiosi nomen habes.

Secundò, hinc sequitur Religiosum, qui mundi facultates & diuitias iam contemptis ac missis fecit, si hic in Religione erga minutas reculas, puta cubiculum, vestem, librum, imaginem, aut alia id genus perditæ afficitur, verè & perfectè pauperem spiritu non esse. Eadem hic militat ratio quæ antè, quia scilicet primaria paupertatis spiritus, pars in affectu erga res mundi, auulsione, & cordis ab iisdem alienatione consistit. Qui vero sic affectus est Religiosus, affectum hunc & amorem ne usquam deposuit: sed quem in sæculo erga res illas amorem habebat, hunc in Religioso statim ad minutas ac nullius momenti res conuertit ac transfudit: & tam cor eius modo erga ineptias hæc pueriles afficitur & adhæret, quam in sæculo erga facultates & opes omnes afficiebatur. Egregiè punctu hoc Cassianus pertractat. Nescio, inquit, quomodo rem quandam ridiculam, quæ in Religiosis quibusdam usu venit, exponam: quod, postquam facultates omnes & diuitias, quas in mundo habebant, generose dimiserunt, tanta tamen in Religione erga reculas & minutias contemptibiles sollicitudine & passione ferantur, ac superuacaneas aliquas & impertinentes comoditates tam efficitim quærant & consecrantur, ut haurum curæ nonnumquam

Non est verè pauper spiritu descendus, quæ affectum erga res mundanæ non exuit.

Paupertatem spiritus non habet religiosus, qui res minutulas efficitim amat.

Collat. 4. Abbat. Dac. mel. c. 21. Sape religiosi magnarum opum contemptores ad res minutulas nonnumquam hærescunt.

M 3 quam